

tamen vtantur, illa pœna quæ potius dicitur de portatio, quam bannum; illa enim apud eos est in vfu, infra q. 63. vers. de portatio. Item addo, quod Episcopus non potest determinare numerum Fratrum in ecclesijs Diœcesis suæ Felin. coll. 5. post medium de constit. in c. cum omnes, & de hac materia vide Gloss. in cap. ex parte in verb. Diœcesana, de regular. Drogh.

q. Ad ipsos Cardinales. Contrarium seruauit Xitus V. modernus Pontifex Max. nam ipse puniebat familiares Cardinaliũ ipsius Cardinalibus irrequiritis, infra q. 68. vers. priuatũ carcerem. Drogh.

r. Quæro nunquid. Ad de per Carait. in ritu 46. nu. 29. cum seq. qui dicantur familiares, & quibus priuilegia dominorũ concessa intelligantur, & ibi etiam habetur quis dicatur domesticus, & quis tunc familiaris, & quomodo probetur, quod sint familiares, vide Ang. in consil. 7. nu. 2. to. 1. inter consil. criminal. diuersorum. Baiar.

f. Decis. 12. nu. 1. Michael. Craff. lib. 2. cõmun. opin. verb. Forũ, q. 7. Suar. lib. 10. opin. verb. clericorum familiares. Ros.

g. Sed pone, quod aliquis laicus. Adde quod in Regno Neap. per Robertum Regem in c. priuilegia, tit. de oblationib. fol. 337. fuit prouisum, quod oblato, & confratres retinentes bona, siue vsum fructum, & vxores, & habitum non portantes, non gaudent priuilegio clericorum in ciuilibus, quod est etiã de iure cõmun. vt est text. cum gloss. in c. fin. de sepult. in 6. & in cap. priuilegia, extra de priuileg. Abb. in cap. cũ, & plantare de priuileg. col. fin. Marian. Socin. in c. 2. de foro compet. vbi latet, & Afflict. in Constit. Regni statimus, l. 2. col. 6. in 4. quæstione, in fin. si tamen talis oblatus portaret habitum religiosi, & staret in monasterio, licet referuasset sibi aliquid, gauderet priuilegio, quia non esset in fraudem, & ita procedit opinio cõtraria, de qua per Socin. in lo

in ijs, quæ concernunt obseruantiam regulæ ipsius, quam proficentur. Et ita iudicatum fuit in parlamento Parisiensi, vt refert Papa li. 7. ritu 7. arresto 43. Quis aut sit index clericorum seculariũ, vel aliarũ personarum ecclesiasticarum, dixi infra quæst. prox.

17. Excipiuntur tamen a potestate cuiuscunque iudicis ordinarij, etiam si esset Vicarius summi Pontificis in vrbe Romana, famuli, domestici, familiares, & subditi Cardinalium, ij enim omnes ex consuetudine remittuntur ad ipsos Cardinales puniendi: & ita quotidie videmus seruari in vrbe Romana, prout etiam se vidisse obseruari attestatur Zabarel. in Cleu. ne Romani, de elect. in 7. quæst. 1. partus, quem refert Sau. in tract. de offic. & potest. cap. sede vacante, in 10. quæst. 2. par. princ. num. 39. in fin. Et ita etiã videmus ex hac causa permissum esse ipsi Cardinalibus, vt teneant priuatũ carcerem, vt dixi infra q. 68. vers. priuatũ, & Baiar.

18. Quæro nunquid familiares, seu famuli clericorum seculares, siue laici gaudeant priuilegio fori clericorum, quorum sunt familiares. Respon. Calcan. in facti contingentia consulti, quod sic, conf. 71. vbi post num. 3. dicit quod hæc est conclusio secundum omnes, quod famuli clericorum laici gaudent priuilegio ipsorum clericorum quo ad fori declinationem. Sed certè quicquid dicat Calcan. in contrarium est cõmuni opin. vt attestatur Capyc. decis. 12. nu. 2. in fin. Ab hac tamen conclusione excipiuntur famuli, siue familiares Episcoporum, ipsi enim gaudent priuilegio clericali, ita vt si delinquant, non possint a iudice laico puniri. Et ideò etiam si sint meri laici, debent ad iudicem ecclesiasticum remitti. Text. est in c. fin. de offic. archi. & ita tenent communiter Doct. vt ait Io. de Monte Sperello inter consil. Calcan. conf. 72. quod est subscriptio precedentis consilij. Hanc, etiam

opin. dicit tenere communiter Doctores Abb. in cap. 2. nu. 6. de foro compet. quem refert Boss. in tit. de foro compet. post nu. 127. Capyc. in accu. 12. nu. 1.

19. Sed pone, quod aliquis laicus det se, & sua bona alicui monasterio, aut loco religioso, non mutato habitu, & postea committat aliquod delictum, & captus sit per iudicem secularem, nunquid erit remittendus ad iudicem ecclesiasticum? Respon. quod non, sed debet puniri per ipsum iudicem laicum, & ita conclusum fuit in curia Th. los. vs per Aufrer. decis. 8.

20. Fuit aliquando dubitatu, nunquid penitentes sint de foro ecclesiastico, an autem remaneant sub iurisdictione iudicis secularium. Dic, quod aut loquimur de quibusdam penitentibus, qui profitentur quandam religionem, quam appellant public. penitentia; & isti sunt de foro ecclesiastico, prout & ceteri religiosi, & hæc est cõmuni opin. vt attestatur Aret. in c. 2. col. 2. de foro compet. quem refert Simancaz de heret. cap. 46. num. 18. & Didac. Pract. q. 34. post nu. 4. vers. intelligitur. Aut loquimur de ijs, qui publicam penitentia faciunt ex mandato Prælati, seu inquisitoris: & isti remanent de foro seculari. Et refert Simancaz in loco præallegato, nu. 20. quod cũ hæc controuersa contigisset de facto Granata, penitens, qui hominem occiderat, fuit furcis suspensus.

21. Præterea quæro, quis sit iudex competens officialium, scilicet ad eos syndicandos? Respon. quod de iure cõmuni est princeps, qui eis concessit officia. Item præfectus pratorio, vel episcopus, vt est text. in l. 1. c. vt omnes tam ciuili. quam mil. & in §. necessitatibus, in Auth. vt iud. sine quoquo supra. Sed certè quicquid sit de iure cõmuni, quelibet ciuitas, vel prouincia in hoc sua habet statuta, & consuetudines, a quibus nullo modo est recedendum. Hodie enim non habemus istos præfectos pratorio in Italia, vt videt Bald. de synd. post nu. 1. qui tractatus est in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. proconf. &

co supra citato, & quæ dicit Cardin. in clem. 2. in q. 12. de præbend. Et quid si bannitus, & condemnatus, qui postea fuit effectus oblatus, fuerit captus, an debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum, vide Federic. de Sen. consil. 235. qui tenet cum esse remittendum, si tempore capturæ incedebat in habitum, quem deseruit oblati, vide etiã Baldum in l. officiales C. de episcop. & clericis, vbi dicit, quod Bechetti, qui sunt illi tertij Ordinis Sancti Francisci, habent accidentia sine subiectione, & quòd ideò nihil valet eis eorum habitus, quia est potius quædam apparentia in habitu, quã in existentia, & realitas in effectu, idem tenet Bart. in l. p. ma. ff. de penis. Idem dicitur de Eremita, & de Rectoribus Hospitalium in propria te, & coniugio, vt per Abbatem Guglielmum, & Ioan. de Ligna in Clementina per litteras de præb. & Aufrer. in addition. ad Capellam Tholosanam, decis. 8. & Socin. in cap. 2. de foro compet. in 9. declaratione dicit, quod illis, qui in talem regulam ingrediuntur in fraudem, deberet cingi cordula non in loco centuræ, sed in gutturo, & eis pro parte Sathanæ furcas polliceri, & in fine dicit, quod in prædictis oblati multum operatur consuetudo loci, vide etiam Cald. consilio septimo, de foro compet. vbi dicit in fine, quod tenor priuilegij concessi à Sede Apostolica dictis oblati, siue fratribus tertij ordinis debet attendi. Baiar.

u. Præterea quæro. Adde, quomodo in Regno Neapolitano Officiales syndicanur, à quibus; & an sit appellandum ad Barones, seu ad magnam Curiam Vicariarum, latè per Caraitum, in ritu 295. & per Regias Pragmatic. ibi allegatas. Baiard.

x. Sed hic incidenter quæro. Adde, quod in Regno Neapol. prouisum fuit per Reg. Pragmatic. quæ est tertia sub titulo de offic. vers. item, vt officiales, quod in syndicato ne dum contra officiales ad instantia querelantiũ procedatur, sed etiã ad perquisitionem fisci Baiar.

y. Præceptorem medicina. Adde, quod sub tali vocabulo solent sic appellari Medici in ciuitate Parmæ infra q. 77. vers. Magistri, & scolares, tamè illa gloss. dum dicit de Domino, intelligitur, vt ibidè de his, qui iurisdictionem habent. Verbum enim, dominus hunc sensum patitur, Bald. in l. proprietatis, in princ. C. de prob. refert Capyc. decis. 37. num. 3. t. Drogh.

z. In hoc autem Ducatu. An sit illud decretum de quo in nou. ordinibus, post Constit. Mediolani, fol. 30. nam si miles, vt priuatus delinquit, legibus cõmuni bus punitur. Decian. tract. crimin. tomo 2. lib. 7. c. 15 vbi dicitur militaria plura recitet. Ros. a. Et videri plerumque. Et ego vidi exercitum catholicum in partibus Flandriarum habere generale Auditorem punientem milites vsque ad mortem. Adde Marf. rubr. de fideius. nu. 113. ad fin. Petrus Bellus tract. suo de remili. de quo infra q. 59. vers. Quæro nunquid, vide in proposito Boss. tit. de capt. n. 63. cum seq. Drogh.

b. Vers. Sed pone. Decian. tom. 1. crim. lib. 4. c. 26. nu. 2. Ref. c. Solet etiam. Bart. in l. si quis, §. si quis, ff. de iniur. vide, quæ tangit auctor in §. l. e. maieff. vers. quæro etiam. Ros.

Solet etiam quandoque. Adde videndum in Crau. in cons. 232. col. 3. vers. 3. respondeo, & Farin. in q. 17. num. 44. cum seq. & si quis daret in alapam Potestatis, posset potestas ipsius furcis statim suspendi face re, Gramm. in decis. 36. num. 4.

29. Item adde, quod similiter iudex delegatus poterit cognoscere de iniuria facta officiali suo ex causa officij, sed si ex alia causa, quia tunc iudex ordina-

26. Sed hic incidenter quæro nunquid isti syndicatores possint cognoscere etiam de delictis officialium non pertinentibus ad ipsum officium. Respon. quod quidquid sit de iure, consuetudo obseruat, vt de omnibus cognoscant, modo commissa fuerint durante officio: Ceterum de ijs, quæ ante, vel post officium commissa sunt, non pertinet ad eos cognitio, sed ad ordinariũ. Et ita in practica seruari attestatur Amè. de synd. nu. 171.

23. Quæro nunc, quis sit iudex competens scholarium in criminalibus. Respon. de iure scholarium habent in suos iudices Episcopum ciuitatis, Rectorem Vniuersitatis secundum dispositionem authent. habitæ, C. ne filius pro patre, intelligendo illa verba, domino, vel magistro suo, vt verbum domino significet legum præceptorem, & verbum Magistro, præceptorem medicina, vel artium, secundum interpretationem gloss. ibi: quam dicit esse communem, Horat. de priuileg. schol. cap. 64. col. 1. Sed quidquid sit de iure, hoc de Doctores, seu Magistris, non seruatur de consuetudine, vt dicit Barolus in dicta authent. habita, numero 4. quem refert Horat. in loco præallegato cap. 65 in r. ampliatione: sed Episcopus, & Potestas ciuitatis in criminalibus sunt eorum iudices cõpetentes. Et ita Bononiæ seruari attestatur gloss. in d. authent. habita, in verbo, Si litet, & in §. illud, in verbo, Professores, in prohm. Digestorum. Idem attestatur Cagnol. in d. §. illud, nu. 282. Plus dicit Abb. disputat. 6. incip. Gandulphus C. clericus, num. 9. quod communis consuetudo, quæ viget per omnia studia Italia, est, quod Rector vniuersi-

tatis (si est clericus) exercet iurisdictionem etiam in Clericos. Ego vidi in nonnullis ciuitatibus contrarium seruari, & in specie in gymnasio Papiensi, si scholaris est clericus beneficiatus, vel in sacris procedit Episcopus, & Rector, si est laicus, procedit Rector, & Potestas. Et ita pluries rescripsit Senatus, & in specie 12. Iul. 1561. P. N. & secundo Martij 1562. P. N. Propterea dic seruandam esse in quolibet gymnasio consuetudinem, quæ ibi viget. Quod nota: quia, vt dicit Paris Put. de synd. fol. 411. in verb. Scholaris, in fin. scholaris sunt primi, qui dant querelas cõtra officiales in syndico. Quæro modo, quis sit iudex competens Militum in delictis. Respondeo. De iure cõmuni Capitanei nullam habent iurisdictionem, nisi in delictis militaribus: sed de more, & generali consuetudine belli, Capitanei de omni crimine per armigeros, & pedites commissõ cognoscunt, & puniunt, aut puniri faciunt, & ad Capitaneos recurri solent: de qua consuetudine attestatur Boerius de custodia clauium, numero vigesimonono. In hoc autem Ducatu habemus super hoc decretum conditum à Senatu, distinguens quomodo, & per quos Iudices in delictis militum cognosci debeat, quod quidem Senatusconsultũ Illustrissimus Marchio Vastii, tunc Gubernator: iussit ab omnibus militibus obseruari, quod tamen non semper fuit executũ. Et vidi plerũq. ex iussu Senatus remitti milites delinquentes ad iudices loci, & e conuerso, & in specie vidi remitti ad præfectum militũ quandam militem cataphractum, qui aliterum militem, dum esset in custodia interfecerat, 22. Ian. 1557. P. N. Si verò aliquis miles reperitur condemnatus, antequam militiam suscepit, si deinde capiatur a iudice ordinario, non remittitur capitaneo, sed mittitur executioni cõdemnatio. Et ita fieri debere rescripsit Senatus in causa cuiusdam Bartholomæi Oldoini condemnati de atroci blasphemia. 5. Martij 1557. Vide in hoc proposito, quæ dixi infra q. 38. vers. quæro etiam.

25. Modo quæro, quis sit iudex competens Iudeorum delinquentiũ. Respon. quod iudex laicus, non autem ecclesiasticus, est eorum iudex competens. Ita colligitur ex text. in Clem. 1. de Iudæis, & ita dicunt Doctores, teste Anan. in rub. de Iudæis, num. 9. Faciunt, quæ dixi sup. hoc eo. lib. 5. Blasphemia, vers. sed pone.

26. Solet etiam quandoque dubitari, nunquid officialis possit cognoscere de iniuria illata sibi, vel alicui de eius familia. Tu dic, quod aut talis iniuria fuit illata sibi, vel familia sue tanquã officiali: et potest de ea cognoscere. Aut est illata sibi tanquã priuato, & non potest. Ita videtur colligi ex delictis Oldr. in cons. 7. vbi consulti, quod quidã dominus temporalis, qui condemnauerat quandam mulierem sibi subditam, ex eo quod fecerat seu maleficia in eius personam fecisset, tenebatur ad restitutionem: quia talis iniuria videbatur ei facta tanquã priuato. Et hanc distinctionem tenent communiter DD. vt dicit Alber. in l. Senatusconsulto, post nu. 3. ff. de offic. presid. Hanc et dicit esse cõmunem opi. Alex. cons. 13. post nu. 10. vers. Sexto præsuppono, lib. 6. Rol. cons. 48. nu. 7. lib. 2. Bene verũ est, quod si iniuria sibi illata tanquã priuato esset notoria, posset etiã

rius cognosceret Boer. decis. 6. numer. 14. cum sequet. Baiard.

d. Potest de ea cognoscere. Adde per Crauet. cons. 232. col. 3. vers. 3. respondeo. Giach.

e. Bene verum est. Ad procedit Episcopus, & Rector, si est laicus, procedit Rector, & Potestas. Et ita pluries rescripsit Senatus, & in specie 12. Iul. 1561. P. N. & secundo Martij 1562. P. N. Propterea dic seruandam esse in quolibet gymnasio consuetudinem, quæ ibi viget. Quod nota: quia, vt dicit Paris Put. de synd. fol. 411. in verb. Scholaris, in fin. scholaris sunt primi, qui dant querelas cõtra officiales in syndico.

24. Quæro modo, quis sit iudex competens Militum in delictis. Respondeo. De iure cõmuni Capitanei nullam habent iurisdictionem, nisi in delictis militaribus: sed de more, & generali consuetudine belli, Capitanei de omni crimine per armigeros, & pedites commissõ cognoscunt, & puniunt, aut puniri faciunt, & ad Capitaneos recurri solent: de qua consuetudine attestatur Boerius de custodia clauium, numero vigesimonono. In hoc autem Ducatu habemus super hoc decretum conditum à Senatu, distinguens quomodo, & per quos Iudices in delictis militum cognosci debeat, quod quidem Senatusconsultũ Illustrissimus Marchio Vastii, tunc Gubernator: iussit ab omnibus militibus obseruari, quod tamen non semper fuit executũ. Et vidi plerũq. ex iussu Senatus remitti milites delinquentes ad iudices loci, & e conuerso, & in specie vidi remitti ad præfectum militũ quandam militem cataphractum, qui aliterum militem, dum esset in custodia interfecerat, 22. Ian. 1557. P. N. Si verò aliquis miles reperitur condemnatus, antequam militiam suscepit, si deinde capiatur a iudice ordinario, non remittitur capitaneo, sed mittitur executioni cõdemnatio. Et ita fieri debere rescripsit Senatus in causa cuiusdam Bartholomæi Oldoini condemnati de atroci blasphemia. 5. Martij 1557. Vide in hoc proposito, quæ dixi infra q. 38. vers. quæro etiam.

fact. & multa dicuntur notoria, quæ non sunt, cap. consuevit, de appellat. & in his probationibus recipiendis iudex possit grauari partem, id est vt suspectus recufabitur; ita not. Philip. Franch. post Abb. in cap. propofuit, de appellat. loquens in fufpitione iudicis, & in terminis in iudice iudicare volente in causa propria not. Dec. in cap. cum veniffet, colu. 5. de iudic.

super ea cognoscere. Et ita dicunt Doctores, ut ait Anan. in cap. innotui, num. 8. et 9. de maledicis. Dicit etiam Roland. in d. consil. 48. num. 2. quod ita dicunt communiter Scribentes, & num. 14. dicit hanc conclusionem esse communiter receptam. Quod intelligit, vt procedat, quando pro tali iniuria esset pena a iure præfixa: sed si esset arbitrio ipsius iudicis imponenda, tunc vtiq; possit, vt suspensus, recufari, & in omnem casum vbicumque agitur de iniuria illata officiali, superior semper debet esse

rifd. omn. iud. Afficit in cost. iustiarj per provincias in 7. not. & Io. Ant. de Nigr. quos omnes allegat in cap. Regni, in cap. 119. incip. Item ita iurimus, num. 8. Item adde, si dubitatur, an iniuria fuerit illata tanquam officiali, vel tanquam priuato, tunc recurrendum est ad coniecturas, & præsumptiones, vt per Parid. de synd. in verb. iniuria officialis, §. an sit officialis processus, n. 4. & ibi remiffiue habetur de coniecturis, Capyc. decif. 130. nu. 12. Item adde, quod sententia in causa propria dicta est nulla, etiam parte non opponente, Doct. in l. qui iudicet. omn. iudic. et Vant. de nullit. in rubr. ex defectu iurisd. ordin. numero 93 Sed si sententia esset in causa eorum, tenentur tunc parte non opponente, Curt. iun. d. iurisdictionis, & Vantius in loco præcitato, numero 97. Barard. Cognoscere.] Rationem, vide per Abb. in cap. cum veniffet, ante num. 9. de iud. Giach. Recufari.] vt per Abbat. vbi sup. & Iac. de S. Georg. qui dicit notandum esse istam limitationem in l. qui iurisdictioni, post nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud. Giach.

QVÆSTIO XXXVI. Clerici, in quibus casibus à iudice seculari possint pro eorum criminibus iudicari.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Clericos pro delictis per eos commissis non possit puniri a iudice seculari.
2 Et an hoc privilegium sit clericis concessum a iure diuino.
3 Et an valeat consuetudo, quod clerici possint criminaliter conuenire coram iudice laico.
4 Et an possit clericus huic privilegio renunciare.
5 Et an clericus citatus a iudice seculari pro delicto teneatur comparere, & allegare coram eo privilegium clericatus.
6 Et an possit clericus pro crimine reconueniri coram iudice laico.
7 Et an clericus illegitimè natus gaudeat hoc privilegio fori.
8 Et an clericus coniugatus gaudeat privilegio fori.
9 Et quid si sit bigamus.
10 Et quid si vnicam tantum vxorem duxit, sed illam post adulterium commissum cognouit.
11 Et quid si post delictum effectus fuit bigamus.
12 Et an clericus contingatur, qui non abstinuit a negotiationibus & armis gaudeat privilegio fori.
13 Et an clericus coniugatus, non incedens in habitu, & censura clericali gaudeat privilegio fori.
14 Et quis sit habitus & tonsura clericalis.
15 Et quid si clericus coniugatus, qui ante delictum non incedebat in habitu illum deinde post delictum reassumpserit.
16 Et quid si reassumat tonsuram post condemnationem.
17 Et quid si clericus non deserat tonsuram, quia non habet capillos.
18 Et an clericus coniugatus mortua vxore recuperat omnia privilegia clericis non contingatis competentia.
19 Et an clericus non deserens habitum perdat privilegium tantè quam sit ter monitus.

- 20 Et quid si facta sit generalis monitio in synodo.
21 Et quis iudex cognoscat super clericatus exceptione, ecclesiasticus, an secularis.
22 Et quis super habitu, & tonsura.
23 Et an clericus non deserens habitum, & tonsuram, & immiserens se enormitatibus, amittat privilegium fori.
24 Et quid in clerico incedente in habitu, & tonsura.
25 Et an clericus factus a principe officialis, si in officio delinquat, possit ab eo puniri.
26 Et an clericus reperti cum armis possit a iudicibus secularibus puniri.
27 Et an clericus committens crimen læsæ Maiestatis contra principem secularem possit ab eo puniri.
28 Et an clericus deponens falsum testimonium coram iudice laico possit ab eo puniri.
29 Et an clericus imputatus de assassinio possit puniri per iudicem secularem.
30 Et an hoc casu requiratur solemnis degradatio.
31 Et an requiratur sententia declaratoria.
32 Et an talis clericus assassinus sit tradendus curiæ seculari, nõ expectata incorrigibilitate.
33 Et an clericus incorrigibilis possit puniri per iudicem seculare.
34 Et an super incorrigibilitate requiratur declaratoria.
35 Et an iudex secularis possit punire clericum, qui non sit prius degradatus, & traditus curiæ seculari.
36 Et pro quibus criminibus clericus sit degradandus.
37 Et an clericus incorrigibilis sit tradendus curiæ seculari.
38 Et an clericus propter contumeliam illatam suo episcopo sit tradendus curiæ seculari.
39 Et an propter crimen falsi.
40 Et an pro enormi homicidio.
41 Et an pro crimine læsæ Maiestatis, remiffiue.
42 Et an iudex secularis, cui traditus est clericus, possit punire corporaliter.
43 Et an si quis post delictum faciat se clericum, vel monachum gaudeat privilegio fori.
44 Et an presumatur iussisse clericatum in fraudem.
45 Et an monasterium teneatur pro delicto ingressi.
46 Et quid si in eodem delicto internenerint clerici, & laici, an omni.

- omnes sint ad iudicem ecclesiasticum remittendi.
47 Et quid si illata sit iniuria per laicum clerico, an cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum.
48 Quomodo faciendâ sit remiffio clericorum à iudicibus laicis ad ecclesiasticos.
49 Iudex ecclesiasticus an teneatur stare processui facto per iudicem secularem remittentem.
Ex Additionibus.
1 Laicus non cognoscit de clericis.
2 Laici quando capiunt clericos.
3 Famuli clericorum, & episcoporum an gaudeant privilegio fori.
4 Iudex laicus quando cognoscat de delictis clericorum.
Indices seculares regni Neapol. quomodo, & quomodo possint procedere contra personas Ecclesiasticas, & eorum subditos, remiffiue.
5 Iudex ecclesiasticus quando cognoscat de delictis laicorum.
6 Princeps potest eijcere clericum, & prelatum sibi suspectum.
7 Clericus potest eijci, quando populus eum odit, & est periculum scandali.
8 Iudex laicus attentans procedere contra clericum excommunicationem incurrit.
9 An autem ipso iure.
Index ecclesiasticus, quando possit inhibere iudici seculari, remiffiue, num. eod.
10 Clericus non potest renuciare privilegio fori, remiffiue nec cū iuramento.
11 Et si non opponat declinatoriam poterit puniri.
12 Clerici coniugati an gaudeant dicto privilegio. Et quid in Regno Neap.
13 Clericus quomodo probetur, remiffiue, & nu. 29.
14 Beneficij titulum an sufficiat allegare.
14 Clerici alicui ecclesiæ seruire debent.
15 Clericus quando dicatur incedere in habitu, & tonsura.
16 Iudex capiens clericum, debet particulariter describere facere, in quo habitu ipsum cepit.
17 Habitus an sit clericalis, vel nec a quo iudice cognoscatur.
18 Clericus factus post delictum an puniatur per laicum.
19 Clericus exceptio quomodo cognoscatur in Regno Neapolitano, remiffiue.
20 Clericus probatur etiam per testes, & num. 22.
21 Clericus remittendus suo iudici, debet remitti suis expensis.
22 Clericus an probetur per testes singulares, remiffiue.
23 Sacerdotium probatur per testes singulares, num. eod.
24 Clericalis habitus, & tonsura corâ quo iud. et si i probanda.
25 Tonsura collata à Prelato non suo valet.
26 Iudex ecclesiasticus debet statim repetere clericum à laico captum.

- 27 Clericus prima tonsura an gaudeat privilegio fori.
28 Et quomodo practicatur in Regno Neap. remiffiue.
30 Clericus non probatur ex sola possessione habitus, & clericalis tonsuræ.
31 Clericus in Regno Neapolitano auferuntur arma, præuia tamen monitione facta suis prelati.
31 Arma reperta clericis sunt officialium,
32 Clericus rebellis per quos puniatur, remiffiue.
33 Clericus assassinus ipso iure intelligitur degradatus.
34 Clericus assassinus per iudicem secularem puniri potest absque solemnitate degradatione.
35 Assassinij qualitas in clerico debet constare ante inquisitionem, & citationem, alias omnia essent nulla ex defectu iurisdictionis.
Et quæ requirantur, remiffiue.
Et quid si non appareat de assassinio.
36 Assassinij qualitas est discutienda primo, si Clericus incompetentiam iudicis allegat.
37 Clericus assassinus potest cognosci per vtrumque iudicem, & erit locus præuentioni.
38 Degradationis forma, remiffiue.
39 Clericus degradandus debet esse incorrigibilis.
40 Et quid de hæretico, & conspirante contra episcopum.
Clericus effectus, aut religiosus post patratum delictum an enadat penam.
41 Clericus assumptus post delictum, quando eximat à iurisdictione laicali.
42 Professus post condemnationem an possit declinare forum, remiffiue.
43 Professio quomodo probetur, remiffiue.
44 Professus post habilitationem, an intelligatur religiosus.
45 Relegatus si fiat clericus, & relegationem frangat, a quo puniatur.
46 Clericus post delictum vxorem ducens a quo iudice puniatur.
47 Et quid seruet sacrum consilium Neapol.
Clericus perdit privilegium ex inualido matrimonio, cuius priorem virum interfecit sub num. 14.
48 Clericus quando dicatur assumptus in fraudem.
49 Laicus deinquens simul cū clerico per quem iudicem cognoscat ut iudex ecclesiasticus potest contra sacrilegos ad excommunicationem, & alias penas spirituales procedere, non obstante sententia iudicis laici.
51 Officiales ecclesiastici in Regno Neapolit. non exercent iurisdictionem contra laicos.
52 Clericus debet remitti absque declaratione.
53 Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularem.

ADDITIONES Ad Quæst. XXXVI.

Omnia autem exceptionum.] Adde, quod ista conclusio, siue regula, quod iudex secularis non possit cognoscere de delictis clericorum, procedit, siue clericus sit in facris, siue in minoribus ordinibus tantum constitutus. Bertaz. in cons. 78. & ibi addentes vol. 1. vbi late de captaura clericorum facta per iudicem laicum, & quando sit licita: sed hoc privilegium declinandi forum non competit famulis clericorum, secus autem famulis episcopi, qui hoc privilegium gaudent, Capyc. decif. 12. & Boss. in tit. de foro compet. num. 127. Item adde, quod ista regula fallit in quatuordecim casibus, in quibus iudex secularis potest cognoscere de crimine clerici criminaliter intentati, & in multis alijs casibus, quando agitur ciuilliter, vt plene per Cassan. in consuet. Burgund. Rubr. 1. §. 5. num. 47 cum seq. fol. 92. & Gulielm. de Bened. in cap. Rainutus in verb. & vxore nomine Adelasiam, nu. 459. cap. Rainutus in verb. & vxore nomine Adelasiam, nu. 459. vsq. ad num. 490. de testam. vide etiam Carau. in tit. 23 vbi

dicat, quod Casar Pirrinus in d. ritu inter Comment. Cauent. enumerat viginti, & unum casum in criminalibus, & ciuilibus. 32. vide etiam Aufer. in tract. de potest. secul. & Marant. in 4. par. dist. 11. num. 2. & sequent. & viginti casus etiam accumulauit Decian. in tract. crim. tom. 1. cap. nu. 66. cum seq. & iudices seculares in quibus casibus in Regno Neap. procedere possunt per iura Regni contra personas Ecclesiasticas, & earum uasillos, quomodo, late habetur per Ioann. Anton. de Nigr. in cap. ad regale fastigium, & in multis alijs capitulis per eum allegatis, & similiter regula est, quod iudex ecclesiasticus non possit cognoscere de delictis contra laicos, ad quam regulam sexaginta ex limitationes ponit Decian. in dict. tractat. ubi supra capitul. 10. vbi latissime hanc materiam tractauit. Item adde alium casum, quod Princeps secularis, ubi ei est suspectus clericus, potest illum non admittere, & eijcere, licet ei a Papa sit concessa Ecclesiæ, secundum Abb. in cap. 1. col. fin. uersic. item potest. in fine de electio. & ibi dicit, quod non tenetur admittere Prelatum, de quo non possit